

pecunia sive vera sive ficta ad cambium recepta ageretur, verum quia *dissert. 11. §. 4. & §. 8.* pecuniam cambiatam assignabo, nunc desuper verba facere inutile foret.

DISSERTATIO VIII.

De causa formali sive forma Cambii, & signanter de confectione litteræ cambialis.

IN quavis juris materia primò quærendum esse de personis, postea de forma, notat Gothof. *ad l. 4. ff. qui testam. fac. poss. lit. y.* quam duplicem statuit Vogt. *thes. 7. lit. a.* Substantialem, quæ cambium in perfectione sua intrinseca constituit, & ad hanc referri possunt, quæ supra *dissert. 3.* præcedente consensu ad substantiam contractus cambialis pertinere dixi, & hîc superfluo repetere superledeò, me interim ad accidentalem cambiorum formam (quæ utpote contractus intrinsecè perfecti ulterior consummatio in confectione, transmissione, præsentatione, acceptatione, solutione litterarum cambialium consistit) accingens, & quidem ob pluralitatem quæstionum hac dissertatione speciatim de confectione.

§. 1. Litteræ cambii quas Gail. 2. *obs. 37. n. 8.* à transcribenda pecunia litteras transcriptionis: mercatores communiter schedulam cambiariam vocant, quod contineant cambium inter partes celebratum ad effectum executionis ejus contractus destinatæ à Gait. *de credit. cap. 2. tit. 7. n. 23. & 32.* Bod. *thes. 6. lit. b.* & aliis passim describuntur, esse compendiosum instrumentum per debitorem cambii sive trāsantem privatim subscriptum, & ad locum solutionis cum duplici summæ solvendæ expressione, quarum una notis numerabilibus sive ciffis designata, altera ad effugiendas fraudes, quibus subjacet in forma

forma extensa perscripta est, directum, die & loco tam quo datum, quàm quo solvendum est adjecto, mandatum consecutivum cambii continens, injunctum huic, qui solvere in loco solutionis debet illi, cui solutio facienda, addito ut plurimum alio mandato imputationem earundem pecuniarum concernente, eadem requisita adesse volunt Ordinat. camb. Marco Brandenburg. art. 1. Magdeburgens. art. 1. Brunsvvicensis in verb. sollen darinnen (im Wechselbrieff) folgende Puncten exprimirt werden (1.) der Stahnen des jenigen dem oder auff dessen Ordre die Zahlung zu thuen. (2.) Die Summa und Geldsorten / und zwar soll die Summa zu Verhütung aller Verfälschung besonders mit Zifferen und besonders mit Buchstaben außgedrucket werden. (3.) Die Verfall-Zeit (4.) die Valuta und von wem sie gehoben seyn (5) das Datum und Wohe der Wechselbrieff außgestellt. (6) die unterschriefft des außgebers oder Trasfierers (7) die Überschriefft und der Bornahm des jenigen auff dem die Tratta geschiehet / oder der die Zahlung thuen soll. Hæc tamē ut clariora evadant formulam Schedæ cambialis magis frequentem subjicio, quæ potest esse hæc vel similis

† Laus Deo (a) Cöllen den 10. Aprilis 1720. (b) per Rhlr. 2000. Fürfl. $\frac{2}{3}$ per 80. Albus] [corant per 78. Alb.] (c)

Nach sicht] [14. Tag nachsicht] [zwey Monath à dato] [den ersten Februarii] [medio Februarii] [im Februari] [in nechsterr Grancz fürther Ostermeß] [à uso] [à uso doppio] [anderthalb uso] [halb uso] (d) zahle der Herr (e) per diesen meinen sola] [prima, secunda und tertia unbezahlt] [secunda, prima und tertia unbezahlt] (f) Wechselbrieff (g) an Herren Pomponium Flaccum] [oder Ordre] [oder Commiss (h) die

Summam vom zweytausend Reichsthaler in Fürstl. $\frac{2}{3}$ per 80. Alb.] [Corant
per 78. Alb.] (i) Valuta von Sempronio Salustio empfangen] [Valuta
von N. N. bin vergnügt] Valuta von N. N.] [Valuta von dem selben
(k) und stelle es à Conto, als per Adviso] [sonder ferner Adviso (l)
Adio (m)]

Jacobus Portius (n)

Herren

Herren Julio Augusto

Kauffhändler

Sola [prima] [secunda

Ggft.

in Franckfurth. (o)

§. 2. (a) Primæ duæ lineæ ponuntur quasi loco rubricæ, quarum initium tribuit debitam Deo laudem, vel signo † vel expressis verbis *Laus Deo*: quod fieri honestum quidem non tamen est de essentia cambii, per ea quæ tradunt Bart. in repet. l. 6. §. 6. ff. de edend. Canonistæ communiter in c. 1. X. de fid. instrum. (b) medium, diem, locum & annum celebrati contractus, qui omnino apponendi sunt, arg. l. 1. §. 2. in fin. l. 6. §. 6. de edend. denotat, (c) finis denique summam pecuniarum, quæ vi cambii solvenda est in notis numerabilibus sive ciffis comprehendit.

§. 3. (d) Sequitur series litterarum, in qua primò continetur tempus solutionis germanicè die *Verfallzeit* / de quo pluribus inf. dissert. 12. §. 7. (e) mandatum de solvendo summam litteris contentam, quod expeditur unico verbo *Sahle*.

§. 4. (f) In cambiis propriis unica semper extraditur littera, in trassatis verò quandoque una, si nullum nonnunquam duæ, si minus, imò tres & plures, si majus subsit periculum dantur ad eum finem, ut si primæ casu amittantur, vel vi auferantur,

tur, reliquæ adhuc salvæ maneant, & transmitti possint, Scacc. de commerc. §. 1. q. 5. n. 74. Gait. de eredit. cap. 2. tit. 7. n. 1364. Quod si traslans difficilis sit in extradendis pluribus schedulis collybisticis, debet id, vel si Proxenetæ intervenierit, ipse tempestivè ante contractum plenè perfectum indicare remittenti. Hamburg. W. D. art. 2. in fin. cæteroquin tenetur absolute plures litteras exigenti tradere, Hamburg. W. D. dict. art. 2. Wan ein Wechselbrieff geschlossen worden / ist der Stehmer schuldig ordinarie zween / in benöthigten Fällen aber drey oder mehr Wechselbrieff darüber zu geben. Ad avertendum verò periculum duplicis solutionis in litteris cambii adduntur hæc expressa verba: Zahlt diesen prima, secunda und tertia unbezahlt / & vice versa.

(g) Causa debiti, quæ semper est ex cambio, Raph. de §. 5. Turr. Disp. 2. q. 1. n. 9. indigitatur per verbum Wechselbrieff: quod de necessitate litteris inferendum judico, ut processus juxta rigorem Juris cambialis locum habeat, inducit enim causam cambii, Bod. thes. 6. lit. h. D. Zipffel in tract. von Wechselbrieffen sect. 7. p. 249. § p. 250. addit, Processum cambialem non obtinere, etiamsi in litteris reperiatur formula: Auf New-Jahrs-Markt zur rechter Zahlungs Zeit gelobe ich gegen diesen meinen Sola Brieff zu zahlen &c. Neque appositio hujus vocis mera est subtilitas, ut velle videtur Ludov. Einleith. zum W. P. cap. 2. §. 7. eâ enim omisâ non deprehenditur, an cambium sit, an verò simplex cognitum contra text. in l. 25. §. 4. ff. de probat. unde consequens est, quod omissio vocabulo Wechsel solutio non in pecunia cambiata necessario, sed in quacunque corrente moneta prestari possit.

§. 6. (b) Nomen cui fieri debet solutio, qui si ipse exigere nolit, jus suum mediâ indossatione cedere potest, vid. dicenda *dissert. seq.* (i) Repetitur summa solvenda cum sorte pecuniarum, vel absque determinatione monetæ (& solutio fit in pecunia cambiata corrente, de qua *dissert. 12. §. 4.*) integris verbis non ciffis perscripta, ut obvietur fraudibus, quibus hæ litteræ sunt obnoxia, & de errore in ciffis forsitan commisso constare possit, cum rubrica ex nigro recipiat declarationem Stryck. *de camb. litter. accept. c. 3. §. 16.*

§. 7. (k) Valuta (quâ comprehenditur pretium cambii) est pecunia, quam remittens dat trassanti in loco contractûs celebrati (hic Coloniae *Sürsil. zwey Drittels*) pro summa sibi alibi solvenda, cujus expressionem tanquam requisitum substantiale in cambiis exigunt nonnullæ ordinationes cambiales, & quidem ut refert Dupuy *cap. 4. n. 46.* in Gallia *edicto mensis Martii 1673. tit. 5. art. 1.* sancitum est, ut declaretur, utrum valuta in parata pecunia, mercibus vel alia recepta fuerint, verum ut ipse *cit. loc.* fatetur, hoc edicto non tenentur extranei, ideoque, nisi aliud expressè statutum fuerit, extra Galliam illud tam præcisè non attenditur, *Leipzig B. D. art. 3. in fin. Märckische B. D. art. 1. in fin. Magdenburg. B. D. art. 1. Braunschweig. B. D. art. 1.* Diversæ verò formulæ, quibus valuta indicatur de usu moderno, ad eundem tendunt finem, sive ly *Einsfängen* apponatur sive non, Ludov. *Einsleith zum B. P. cap. 4. §. 3. §. 4. Vogt. thes. 7. lit. b. p. m. 108.* adducens insuper Scacc.

Celebris hic occurrit quæstio, quando & infra quod tempus valuta solvi debeat, ad quam R. quod de rigore præcisè

ante

ante vel saltem in ipsa extraditione litterarum **Markische W. D.**
art. 33. Magdeburg. W. D. a. 2. consuetudine tamen
obtinere, ut subitanea hæc solutio cum aliqua moderatione
accipiat modico concessio tempore remittenti, *Arg. l. 105.*
ff. de solut. l. 8. ff. si quis caut. in judic. sist. id est, uno alterove
die post traditas litteras cambii solet trassans mediâ assignatio-
ne quæ remittenti est loco quietantiæ super valutis disponere, si
verò tunc non sequatur solutio, paratâ executione contra per-
sonam & bona remittentis proceditur, **Danzig W. D. art. 1.**
Leipzig W. D. art. 36. Hamburg. W. D. art. 3. Wan ein
Wechselbrieff geschlossen / und der Geber nicht gleich die va-
luta bezahlet / soll gegen seine Person oder Güther ohne Ge-
richtliche Erkantnus auff die würckliche und völlige Zah-
lung ohne Unterscheidt / wie hoch die Summa seye / mit der
paratesten execution verfahren werden. Confer dicenda
Dissertat. 15. §. 13. Excipe, nisi inter partes aliter conventum
fuerit. E. G. Quod valuta non solvatur nisi postquam re-
mittens fuerit certioratus, litteras solutione honoratas esse,
Leipzig W. D. d. art. 36. interim pro securitate trassantis
debet eidem extradi recepisit, quo fateatur remittens se cam-
bium ad certum locum & personam directum pro tali summa
(quæ exprimi debet) à se adhuc exsolvenda accepisse,
formulam hujusmodi schedæ ponit Ludov. **Einleith zum**
W. P. cap. 4. §. 8.

(1) Refert se trassans ad litteras advisii, *Ital. Spacchia, §. 8.*
cum hoc solummodo discrimine, quod litteræ advisii in irre-
gularibus, spacchia in regularibus usurpentur, *Raph. de Turr.*
Disq. 2. q. 1. n. II. De necessitate, transmissione, & contentis
harum

harum litterarum disponunt Braunschweig. W. D. art. 3. Dankig. W. D. art. 4. Leipzig. W. D. art. 27. Demnach auch bey Wechselbrieffen der *advifo* Brieff gleichsam zum *fundament* der *acceptation* vermassen nöthig ist / daß kein Handelsman ohne vorher empfangenen *advifo* einen Wechselbrieff zu *acceptiren* / viel weniger zu bezahlen schuldig ist / er thue es dan *per honor di lettera*, zumahl wan er keine *provision* oder andere Mittel zu dem Gelde wieder zu gelangen in Händen hatt / so gebühret vornemlich dem *trassanten* / zu Verhütung aller Unordnung denjenigen abn den er den Brieff gezogen / davon richtig zu *avisiren* / auch außdrücklich anzuzeigen / auff wessen *conto* oder Rechnung die *tratta* geschehen / wo der *acceptant* die *provision* nehmen / oder woher er sich sonst *rambours* (Wiederzahlung) halber hinwieder *re- und pravaliren* solle. Conf. quæ habet Vogt. thes. 7. lit. b. p. m. 107. Heidig. cap. 7. §. Letztlich p. m. 65. Formulas litterarum *advisi* ponit Scacc. §. 1. q. 5. n. 89. Ludov. Einleith. zum W. P. cap. 4. §. 16. Si ex defectu *advisi* denegata fuerit *acceptatio*, *damnum* *trassans* sibi imputet. Leipzig. W. D. art. cit. Interdum ponitur quidem, sonder ferner *advis*, & ipsæ litteræ *cambii* serviunt pro *advifo* indicaturque summam solutam imputari debere in *ordinarium* vel *utrique* parti *placitum* *computum*,

- §. 9. (m) Finitur *recommendo* reliquos in *cambio* nominatos *protectioni* *divinæ*. (n) Infra *seriem* *subscribit* dans *litteras* *propriâ* *manu*, Heidig. Einleith. zum W. Recht. cap. 7. §. daß solche. p. m. 59. Si verò *scribere* *nesciat*, non sufficit *apponi* *sigillum*, sed *per alium* *scribi* & *subscribi* *curet* *litteras*,

Ludov.

Ludov. Einleith zum B. Proceß cap. 2. §. 9. De cætero
figilli appositio licet non obstat, moribus tamen non est usi-
tata, nec requiritur de necessitate, *text. in l. 34. §. 1. ff. de pig-
nor. & hypothec.* (o) Denique à tergo inscribitur nomen
ejus ad quem diriguntur litteræ, & locus solutionis designa-
tur, ut constet, quò mitti debeant, & ne fraudulentè
possint immutari. Raph. de Turr. *Disp. 2. q. 2. n. 6.* ex stylo
tamen moderno infra seriem litterarum.

DISSERTATIO IX.

De transmissione litteræ cambialis.

CONFECTA littera cambialis pro ulteriori complemento §. 1.
transmittitur in continenti, id est, tempore congruo
ad locum solutionis, Braunschweiger B. D. a. II. Leipzig.
B. D. art. 28. in terminis: Wechselbrieff so nur einfach
oder sola aufgestellt / sollen ohne Verzug an gehörigen
Orth abgesendet werden / wan aber prima und secunda
entweder auff gewisse Zeith nach sieht / oder auch wohl
a vista aufgestellt / so soll gleichfals prima mit der erster
Post also forth an den Orth / dahin er gezogen / oder be-
zahlt werden muß / gesendet werden ; alioquin si in eo
negligens fuerit, tenetur de damno secuto & casu fortuito,
sic ut contra trassantem non habeat regressum, Dupuy cap.
6. à n. 6. usque 20. Braunschweig. B. D. dict. art. II.

Quoniam verò remittenti liberum est, an pecuniam sibi §. 2.
vi cambii solvendam ipsemet levare, quo casu tres tantum,
an verò jus suum alteri, qui ejus nomine exigat, cedere
velit, & quatuor interveniunt personæ. Remittens